UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Divi Thomae Aqvinatis Doctoris Angelici Opera Omnia

Summa diligentia ad exemplar Romanæ Impreßionis restituta

Secunda secundae Summa Theologiae

Thomas <von Aquin, Heiliger>

Venetiis, 1593

1 Vtrum superstitio sit vitium religioni contrarium.+

urn:nbn:de:hbz:466:1-72772

Visual Library

cuntur, tum quia diutius moratur ſuper eodem: tũ quia, ut * Augu. dicit in 10. confeſſ. Omnes affectus ſpiritus noſtri pro ſua diuerſitate habent proprios modos in uoce, atque cantu, quorum occulta familiaritate excitantur. Et eadem etiam eſt ratio de audientibus, in quibus etſi aliquando non intelligant, quę cantantur, intelligunt tamen propter quid cantantur ſcilicet ad laudem Dei: & hoc ſufficit ad deuotionem excitandam.

QVAESTIO XCII.

De uitijs religioni oppoſitis, in duos articulos diuiſa.

POSTEA conſiderandũ eſt de uitiis religioni oppoſitis.

¶ Et primò, De illis, q̃ cum religione conueniũt in hoc, ꝙ exhibent cultum diuinum.

¶ Secundò, De uitiis manifeſtam contrarietatem ad religionẽ habentibus, per contẽptum eorum, quę pertinent ad diuinum cultũ. Primum autẽ horum pertinet ad ſuperſtitionem: ſecũdum autem ad irreligioſitatẽ. Vñ primo conſiderãdum eſt de ipſa ſuperſtitione, & de partibus eius. Deinde de irreligioſitate, & partibus eius.

CIRCA primũ quæruntur duo.

¶ Primò, vtrum ſuperſtitio ſit uitium religioni contrarium.

¶ Secundò, Vtrum habeat plures partes, ſeu ſpecies.

ARTICVLVS PRIMVS.

Vtrum ſuperſtitio ſit uitium religioni contrarium.

AD PRIMVM ſic proceditur. Videtur, ꝙ ſuperſtitio non ſit uitium religioni contrarium. Vnum enim contrariorum non ponitur in diffinitione alterius: ſed religio ponitur in diffinitione ſuperſtitionis. dicitur enim ſuperſtitio eſſe religio ſupra modum ſeruata, ut patet in * glo. ad Coloſſ. 2. ſuper illud, Quæ ſunt rationem habentia ſapientiæ in ſuperſtitione. ergo ſuperſtitio non eſt vitium religioni contrarium.

¶ 2 Pręt. * Iſidor. dicit in lib. ety. Superſtitioſos ait Cicero appellatos, qui totos dies deprecabãtur, & immolabant, vt ſui ſibi liberi ſuperſtites fierent: ſed hoc etiam poteſt fieri ſecundum ueræ religionis cultum. ergo ſuperſtitio non eſt uitium religioni oppoſitum.

¶ 3 Pręt. Superſtitio quendam exceſſum importare uidetur, ſed religio non poteſt habere ex ceſsũ, quia ſicut ſupra dictum * eſt, ſecũ

A dum eam non contingit æquale Deo reddere eius, quod debemꝰ: ergo ſuperſtitio non eſt vitium religioni oppoſitum.

SED CONTRA eſt, quod Auguſt. * dicit in lib. de decem chordis. Tangis primam chordã, qua colitur vnus Deus, & cecidit beſtia ſuperſtitionis: ſed cultus vnius Dei pertinet ad religionem: ergo ſuperſtitio religioni opponitur.

RESPON. Dicendum, quòd ſicut ſupra * dictum eſt, religio

B eſt virtus moralis. Omnis autem virtus moralis in medio cõſiſtit. ut ſupra * habitum eſt: & ideo duplex vitium virtuti morali opponitur. Vnum quidem ſecundum exceſſum: aliud autẽ ſecundum defectum. Contingit autem excedere medium virtutis non ſolum ſecundum circunſtantiam, quæ dicitur quantum, ſed etiam ſecundum alias circunſtantias. Vnde & in aliquibus virtutibus, ſicut in magnanimitate, & magnificẽtia, vitium excedit virtutis me-

C dium, non quia ad maius aliquid tendat quàm virtus, ſed forte ad minus. Tranſcendit tamen virtutis medium, inquantum facit aliquid, cui non debet, vel quando non debet, & ſimiliter ſecundum alia huiuſmodi, vt patet * per Philoſophum in 4. Ethic. Sic ergo ſuperſtitio eſt vitium religioni oppoſitum ſecundum exceſſum, nõ quia plus exhibeat in cultum diuinum, quàm vera religio, ſed quia exhibet cultum diuinum vel cui non debet, vel eo modo quo non debet.

D AD PRIMVM ergo dicẽdũ, ꝙ ſicut bonũ metaphorice dicitur in malis, prout dicimus bonũ latronem: ita etiam nomina virtutum quandoq; tranſumptiue accipiuntur in malis, ſicut prudentia qñque ponitur pro aſtutia, ſecundum illud Luc. 16. Filij huius ſæculi prudentiores filijs lucis ſunt: & per hunc modum ſuperſtitio dicitur eſſe religio.

AD SECVNDVM dicendũ, ꝙ a-

E liud eſt etymologia nõis, & aliud eſt ſignificatio nominis. Etymologia [d] attenditur ſm id, a quo imponitur nomen ad ſignificandũ: nominis verò ſignificatio ſecundum id, ad quod ſignificandum nomen imponitur, quæ quandoque diuerſa ſunt. Nomen. n. lapidis imponitur a læſione pedis, nõ tamẽ hoc ſignificat: alioquin ferrum, cùm pedem lædat, lapis eſſet. Similiter etiam nomen ſuperſtitionis non oportet ꝙ ſignificet illud, a quo nomẽ eſt impoſitum.

¶ *Super quaeſt. nonageſimam ſecundam.*

IN q. 92. articulis duobus, quædã occurrunt ſcribenda ſpectãtia ſpecialiter ad ſecundum articulum. Et primò, quòd duæ ponuntur in litera ſpecificæ diſtinctiones ſuperſtitionis. Prima, penes diſtinctionem obiectorum, ſ. Creatoris, cui debetur cũltꝰ latrię, quando indebite exhibetur: & creaturę, cui cultus latriæ non debetur. Secunda, penes diſtinctionem finium diuini cultus: quod non eſt ſic intelligendum, quaſi cultus diuinus habeat plures fines principales, cùm unus ſit eius adæquatus finis, ſ. diuina reuerentia: ſed quia ſub uno principali fine ſunt & alii fines ſecundarii, qui in litera numerantur. Deinde, quòd quemadmodũ in diuino cultu inueniuntur tria genera diuinorum, primò, ſacrificia, oblationes decimæ, uota, & huiuſmodi, quę directè in Dei reuerentiam ſunt: ſecundò, orationes, contemplationes, lectiones, & huiuſmodi, quæ ad inſtructionem noſtrã ordinantur: tertiò, ſacramẽta, benedictiones, ſacramentalia, ieiunia, feſta. & huiuſmodi, quę directè conſiſtunt in ritu inſtituto a Deo, & ordinantur ad dirigendos noſtros actus, ut ſunt actus regenerationis, confirmationis, ordinis, matrimonii &c. ita in cultu ſuperſtitioſo eſt primo idolatria, quæ diuinam reuerentiã exhibet creaturæ: eſt deinde diuinatio, quæ tot modis inſtructionem a dæmone quærit: eſt deinique obſeruatio, qua tam multipliciter, & operationes ſuas conſtruunt, continent, laxant, & aliquas creaturas quãdoque aſſumunt ad ſua opera, quaſi ſacramẽtalia quædam.

¶ In reſponſione ad primum eiuſdem ſecundi articuli aduerte diligenter tu ſpeculatiue, quòd licet prima fronte appareat, quòd quemadmodum religio eſt virtus vna ſecundum ſpeciem, eo quòd actus eius adæquatus eſt vnus, ſcilicet colere Deum, quoniam in hoc actu clauditur & diuina reuerẽtia, & hominis ſeruitus reſpectu Dei, ad quæ duo ordinantur omnia religionis opera, vt ſuperius in quæſtionis octuageſimæprimæ, articulo tertio ad ſecundum diximus: ita in ſuperſtitione colente creaturam, vna eſt ſpecies, cuius proprium eſt colere creaturam, & illam venerando ſacrificijs, & illi ſubijciendo hominem: & in hoc quòd inſtrui per illã curat, & in hoc quod ſignis illius ſe ſubijcit, obſeruando illa: Quia tamen ex communibus patet, quòd multa ad vitiorum diſtinctionẽ ſufficiunt, quæ non ſufficiunt ad diuerſificandum virtutem, vt patet in materijs moralium, in quibus vna exiſtente virtute, duo ſunt vitia. Et ratio ſuffragatur communis, quia ad conſtitutionem boni multa exiguntur: ad malum autem, quodlibet ſufficit, vt in litera ex Dionyſio dicitur: ideo in ſpeciali intuitus eſt author, quòd illi tres fines, ſcilicet reuerentia, inſtructio, & directio, licet non ſufficiant ad diſtinguendam religionem, ſufficiunt tamen ad diſtinguendam ſuperſtitionem. Quo fit vt inuolutus vno malo, puta, diuinatione, non ſit inuolutus altero, puta, idolatria: religionis autem virtutem nemo habeat, niſi qui integre omnibus polleat.

¶ In reſponſione ad ſecundum aduerte, quòd quia vis argumenti ſtat in hoc, ꝙ ſicut religio eſt in ordine

Ca. 9. a med. tom. 9.

q. 81. art. 5.

1. 2. q. 64. artic. 1.

Lib. 4. ſ c. 1. & 5. to. 5.

D. 926.

dine ad Deum: ita ſuperſtitio cõtraria eſt in ordine ad creaturam, puta, dæmonem, cui cultus exhibetur. Sed diuinatio, & obſeruatio eſt in ordine ad euentus & actus noſtros: ergo non ſunt ſuperſtitionis ſpecies. Ideo reſpõſio directe ſatiſfacit argumento, dicendo, ꝙ diuinationes, & obſeruationes inquantum dæmoniacæ, ſunt ſpecies ſuperſtitionis, & non inquantum humana opera. Sicut etiam ſub religione comprehẽduntur opera hominum inquantum diuina, per aſſumptioné alicuius diuini, ut ſupra patuit, ita ꝙ in omnibus iſtis ſaluatur ordo aliquis reuerentialis ad dæmonem, inuocando ipſum, & ſubijciendo ſe inſtitutis eius; ſicut in religionis multis operibus accidit reſpectu Dei, vt patet in iuramento, ſacramentis, & huiuſmodi. Et tu bene ſeruabis hoc in corde tuo, vt inde poſtmodum diſcernas in obſeruationibus, & diuinationibus, rationem peccati mortalis, vel uenialis, vt infra declarabimus.

Inf. q. 94. artic. 1.

Li. 1. c. 13 to. 1

q. 81. a. 2. & 5

Glo. ordinaria ibid ſup illud. Ad ſaturitaté carnis ex Amb. Li 2. c. 20. uſque ad 24. tom. 3.

Ar. præced.

1. 2. q. 72. artic. 9.

1. 2. q. 1. ar. 3. & q. 18. ar. 4. 5. 6. 10. & 11.

Ad tertium dicendum, quòd religio non poteſt habere exceſſum ſecundum quãtitatem abſolutam: poteſt tamen habere exceſſum ſecundum quantitatem proportionis, prout ſcilicet in cultu diuino fit aliquid, quod fieri non debet. F

Articvlvs II.

Vtrum ſint diuerſæ ſuperſtitionis ſpecies.

Ad secvndvm ſic proceditur. Videtur, ꝙ non ſint diuerſæ ſuperſtitionis ſpecies, quia ſecundum * Philoſ. in 1. Topico. Si unũ oppoſitorum dicitur multipliciter, & reliquum: ſed religio cui opponitur ſuperſtitio, non habet diuerſas ſpecies, ſed omnes eius actus ad unam ſpeciem referuntur: ergo nec ſuperſtitio habet diuerſas ſpecies. G

¶ 2 Præt. Oppoſita ſunt circa idẽ: ſed religio, cui opponitur ſuperſtitio, eſt circa ea, quibus ordinamur in Deum, ut ſupra habitum * eſt: non ergo ſpecies ſuperſtitionis, quę opponitur religioni, poſſunt attendi ſecundum aliquas diuinationes humanorum euẽtuum, uel ſecundum aliquas obſeruationes humanorum actuum. H

¶ 3 Pręt. Ad Coloſſ. 2. ſuper illud, Quæ ſunt rationem habentia ſapiẽtiæ in ſuperſtitione, dicit glo. * ideſt, in ſimulata religione: ergo etiam ſimulatio debet poni ſpecies ſuperſtitionis.

Sed contra eſt, ꝙ † Aug. in 2. de doctr. chriſtia. diuerſas ſpecies ſuperſtitionis aſſignat. I

Respondeo. Dicendum, quòd ſicut ſupra * dictum eſt, uitium ſuperſtitionis conſiſtit in hoc, ꝙ tranſcendit uirtutis medium ſecundum aliquas circunſtantias, ut ſupra dictum † eſt. Non enim quęlibet circunſtantiarum corruptarum diuerſitas uariat peccati ſpeciem, ſed ſolum quando referuntur ad diuerſa obiecta, uel diuerſos fines. Secundum hoc enim morales actus ſpeciem ſortiuntur, ut ſupra * habitum eſt. Diuerſificantur ergo ſuperſtitionis ſpecies. Primò quidem, ex parte obiecti. Poteſt enim diuinus cultus exhiberi, uel cui exhibendus eſt, ſcilicet Deo uero, modo tamen indebito, & hęc eſt prima ſuperſtitionis ſpecies: uel ei, cui non debet exhiberi, ſcilicet cuicumque creaturæ, & hoc eſt aliud ſuperſtitionis genus, quod in multas ſpecies diuiditur, ſecũdum diuerſos fines diuini cultus. Ordinatur enim primò diuinus cultus ad reuerentiam Deo exhibendam: & ſecundum hoc, prima ſpecies huius generis eſt idolatria, quæ diuinam reuerentiam indebite exhibet creaturæ. Secundò, ordinatur ad hoc, quòd homo inſtruatur a Deo, quem colit: & ad hoc pertinet ſuperſtitio diuinatiua, quæ dæmones conſulit per aliqua pacta cum eis inita uel tacita, uel expreſſa. Tertiò, ordinatur diuinus cultus ad quandã directionem humanorum actuum ſecũdum inſtituta Dei, qui colitur: & ad hoc pertinet ſuperſtitio quarumdam obſeruationũ... git * Aug. in 2. de doctr. chriſ. dicens ſu... eſſe quicquid inſtitutum eſt ab homi... da, & colenda idola pertinens: & hoc p... mum. & poſtea * ſubdit. Vel ad conſu... cta quædam ſignificationum cum dæ... cita, atq; fęderata, quod pertinet ad ſo... pauca * ſubdit: Ad hoc genus pertinen... turæ, & huiuſmodi, quod pertinet ad te... K

Ad primvm ergo dicendũ, ꝙ ſicut ... cit * 4. cap. de diuin. nomin. Bonum c... na, & integra cauſa, malum autem ex ... defectibus. Et ideo uni uirtuti plura ui... tur, ut ſupra * habitum eſt. Verbum a... phi a ueritatem habet in oppoſitis, in q... dem ratio multiplicationis.

Ad secvndvm dicendum, ꝙ diuina... ſeruationes aliquæ pertinent ad ſuper... quantum dependent ex aliquibus op... dæmonum, & ſic pertinent ad quædam ... eis inita.

Ad tertivm dicendum, ꝙ ſimula... dicitur, quando traditioni humanę no... nis applicatur, prout in glo. ſequitur. ... lata religio nihil eſt aliud, quam cultus ... hibitus modo indebito, ſicut ſi aliquis ... tiæ uellet colere Deum, ſecundum ... tum. Et de hac ad literam loquitur glo.

Qvaestio XCIII.

De ſpeciebus ſuperſtitionis, in duos articulos diuiſa.

Deinde conſiderãdum eſt de ſpeciebus ſuperſtitionis.

¶ Et primò, De ſuperſtitione indebiti cultus ueri Dei.

¶ Secundò, De ſuperſtitione idolatrię.

¶ Tertiò, De ſuperſtitione diuinationum.

¶ Quartò, De ſuperſtitione obſeruationum.

Circa primũ quæruntur duo.

¶ Primò, Vtrum in cultu ueri Dei poſſit eſſe aliquid pnicioſũ.

¶ Secũdò, Vtrum poſſit ibi eſſe aliquid ſuperfluum.

Articvlvs primvs.

Vtrum in cultu ueri Dei poſſit eſſe aliquid pernicioſum.

Ad primvm ſic proceditur. Videtur, quòd in cultu ueri Dei non poſſit eſſe aliquid pernicioſum: Dicitur enim Ioel. 2. Omnis, quicumque inuocauerit nomen domini, ſaluus erit: ſed quicumque colit Deum quocumque modo, inuocat nomen eius. ergo omnis cultus Dei confert ad ſalutem. nullus ergo eſt pernicioſus.

¶ 2 Præt. Idem Deus eſt, qui colitur a iuſtis quacumq; mũdi æta...